

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Narodowej BOZ 90, k. 64v–65

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 99 [Gn. 100]

[99] De sculteto, si aliquem impedierit inpedierit in sua querela. Capitulum C sequitur

<LCXX<sup>a</sup>> Nunc attendatis super eo, si scultetus aliquem impedierit in sua querela et sibi iudistiam *[s]* non fecerit, et hoc sibi in iuste recusat. Si pro eo coram castellano aut advocato impulsatus fuerit, cum testibus evadere opportet. Qualicunque testimonio super iudicem querulatum fuerit, tali ipsum iudicem evadere opportebit, sive sint scabini aut alii astantes *[k. 65]* iudicio. Sin autem hoc coram iudicio bannito actum fuerit, tunc melius vinci potest testibus iure, quam ipse testibus evadere possit. Quando querimonia super ipsum coram advoco fuerit pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora, ita quod sibi sit iudicium banitum, quam ipsum opportet ibi esse presentem, nisi legale impedimentum ipsum occupaverit. Quod impedimentum statim probare opportet. Si autem hoc non ostenderit et non nominaverit, et hoc per iusticiam facere denegaverit se excusare de sua iniuria, quam exercuit, et se exhibere ad iusticiam [debet], extunc condemnatur ab advoco in decim talentis idem advocatus et illi suum debitum, de quo denegaverit, facere iusticiam, et medio quo illa *[s]* non solvit solus, aut se iure excusaverit iudicio proximo, tunc nullus iudex esse potest, nisi ex hac culpa exemitur *[s]*, secundum ut est promissum. Sin autem pro facto criminali, pro quo iudicium facere recusavit, sicut pro vulneribus aut homicidio, aut furto, aut spolio, aut ecclesie violencia, aut incendium *[s]*, aut hiis similia *[s]*, que crima capitalia tanguntur, idem iudicium super ipsum, quod super illum ire debuit, pro eo nec recompensam, nec aliquid *[l]* facere potest, si in his vincitur, ut iuris est. Si aut[em] vir unus pro debito in captivitatem publicam presentatus fuerit ad tenendum iure, si ipsum amiserit aut si evaserit absque sua culpa aut negligencia pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvat integrum recompensam. Si aut[em] pro manu, tunc medium solvit recompensam et hoc ipsum iuramento probare opportet tacto sacramento, si sibi parcere voluerit, quod ipsum absque omni sua culpa amiserit. <LCxxxvii<sup>a</sup>> Integra recompensa facit decim et octo talenta, media recompensa facit novem talenta.

<sup>a</sup> na marginesie

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik, sędzia, odpowiedzialność, przeszkoła, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga, kościół]